

verbis exprimitur: "Nos tam ex his, quam ex aliis de ipsa- rum opinione sinistra frequenter auditis, eas merito sus- pectas habentes, statum earumdem sacro approbante Concilio perpetuo duximus proscribendum, & à Dei Ec- clesia penitus abolendum: eisdem & aliis mulieribus qui- buscumque sub pœna excommunicationis, quam in con- trarium facientes incurrere volumus ipso facto, injun- gentes expressè, ne statum hujusmodi dudum forte ab ip- sis assumptum quoquo modo sectentur, vel ipsum ali- quatenus de novo assumant.

Ob hanc damnationem Belgicæ Beghinæ etiam à non- nullis in criminis suspitione vocatæ fuerunt; adeo ut Ant- verpiæ (referente Zypeo in Jure novo t. De Regularibus n. 9.) omnia earû bona Fiscoles rationatores arripuerint.

XV. Sed cum habitâ informatione intellexisset Joannes XXII. immediatus Clementis V. (sub quo Concilium Vi- ennense celebratum fuerat) successor, multas esse in variis mundi partibus Beghinâ nullatenus de prædictis errori- bus suspectas, editis litteris declaravit, hæc sub prohibito- ne aut abolitioe prædictis non contineri: "Locorum Ordi- nariis nihilominus injungentes, ut eas sub prætextu hu- jusmodi nullatenus molestari permittant Et si quid for- sitan ex hoc in bonis aut juribus, à quibuscumque; contra eas attentatum est hæcenus, vel attentari contigerit in futurum: per illos prædictos Ordinarios auctoritate no- strâ in statum reduci debitum volumus: invocato [si o- pus fuerit] auxilio brachii sæcularis.

Refertur in *Extra. RATIO RECTA De Religiosis Do- mib. in Comm.*

XVI. Præter hanc generalem declarationem, etiam spe- cialibus litteris ad Episcopum Cameracensem, Leodien- sem, & Ultrajectinum (quibus penè totum Belgium tunc temporis in spiritualibus parebat) id ipsum declaravit; uti monet Zypæus loco citato n. 10. addens in litteris, ut factâ inquisitione in mores & religionem Beghinatum, suarum respectivè Diœcesium, si tales invenirentur, quales in dicta *Extravagante* describuntur, non paterentur innocentes cum nocentibus ad paria judicari, sed ab omni molestia eximebantur; molestatores, si qui fuerint, per Censuram Ec- clesiasticam, appellatione remota, compescendo.

Episcopi inquisitione factâ ipsas passim tutati sunt; atq; ab eo tēpore Beghinæ hinc in Belgio pacificè vivere, ac in- dies magis magisque multiplicari, & ad uniformem atque regularem quamdam vivendi normam redigi cœperunt.

XVII. Non eadem fuit Beghinatum fors in Gallia. Cum enim (ait D. Du Cinghe in suo Glossario verbo *Beghina*) Beghinatum institutum haberetur contemptui, sensum delit, & in earum locum successere Sorores *tertiæ Or- dinis S. Francisci*, quibus ibidem traditæ in urbibus Gallicæ earum ædes.

Neque mirum videbitur, eam fuisse in Gallia Beghina- rum sortem, qui attenderit, Philippum Pulchrum Gallia- rum Regem præcipuum fuisse Concilii Viennensis in quo Beghinatum abolitio decreta erat] promotorem, ejusque particulare interesse postulasse, ut ejus Decreta executioni mandarentur; deoque, uti notat Thomassinus in *Disciplina Ecclesiastica* p. 4 l. 1. c. 62. §. 11. facile potuisse, Philip- pum Pulchrum omnes Beghinatum Congregationes abo- levisse, ut Clementi V. & Concilio Viennensi faveret.

XVIII. Norma vivendi Beghinatum, earumque insti- tutum hodiernum in Belgio, mixtum, ac medium quod- dammodo est inter Regulare & sæculare sive laicum.

Imprimis si vestes & habitum consideremus, is planè à laicali est diversus; atque Religioso vestitui conformis; so- lentque pleræque veste nigrâ uti; atque capitis velamento instar Monialium.

Secundò professionem aliquam, votumque castitatis & obedientiæ saltem temporaneum; ritum etiâ quodum sole- ni sub formula superius relatâ, instar Monialium emittunt.

Tertiò, leges & ordinationes vivendi ab Ordinariis loco- rum non secus ac Moniales accipiunt; atq; eorû visitationi æque ac Moniales subjacent. Parochum quoque proprium fere ubique habent, cujus directioni & curæ subduntur,

Fatendum nihilominus, etiam modernum Beghinatum

vivendi genus in multis à Religioso Monialium instituto discrepare.

Primò nullam votum Religionis *perpetuum* emittunt, sed tantum *temporaneum* castitatis & obedientiæ, non diu- tius astringens, quam Beghinæ manere volunt; ita ut omni horâ liberè exire & ab omni voto se eximere, atque matri- monium contrahere possint.

Secundò, paupertatis votum nullum, ne quidem tem- poraneum faciunt; sed etiam Beghinæ existentes, manent rerum suarum proprietariæ, capacesq; acquirendi & reti- nendi, non secus atque aliæ mulieres laicæ & sæculares, i- isque liberè utuntur, & tam inter viros, quam mortis cau- sa pro suo arbitrio de illis disponunt.

Tertiò, licet pleræque in Beghinagiis muro & claustro nocturno vallatis habitent proprias tamen ac separatas æ- des inhabitant; in quibus rem domesticâ administrant; qua- si laicæ & sæculares matres-familias, mensâ, suppellectilè, totamque domesticam œconomiam pro suo arbitrio in- stituunt. Unde vita communis inter eas quoque exulat.

Quartò, clausurâ Monialium non servant sed liberè ex- eunt; atq; per civitatem sua negotia & rem familiarem pro- curant; consanguineos familiaresque in visum, & domos ci- viû frequentant, nisi quod certis legibus quoad dies & ho- ras exeundi & redeundi libertas, per ordinationes & statuta in plerisque Beghinagiis nonnihil limitata & restricta sit.

Quinto, nullam certâ Regulam à Sede Apostolica pro- batam profitentur; atque hoc ex capite juxta decisionem Concilii Lugdunensis in C. 1. *De Religiosis Domibus* in 6. earum institutum Ordo Religiosus vel status Religiosus dici nequit.

Hoc sensu accipiendum quod Joannes XXII. in allega- ta *Extravagante*, de Beguinis in diversis mundi partibus pie & ab erroribus immunem vitam agentibus dicit: "Care- rum statû *Beginarum* hujusmodi, quas esse *permississimas*, nullatenus ex præmissis intendimus approbare." id est tanquam novum Ordinem seu statum Religiosum.

Neque enim dubium est, Beginarum vivendi rationè haberi ab Ecclesia & à Romanis Pontificibus (quibus multa jam pridem privilegia ac immunitates concesserunt quas in earum archivis etiamnum hodie reperiuntur) tam- quam laudabilem; & ea tenus probatam, ut institutum illud sequentes salutem suam securè queant operari.

XIX. Ad hæc nec illud negandum, quod licet susceptio habitus Beginatum, aut earum professio non efficiat eas verè *Religiosas*; neque diei queant assumptisse propterea sta- tû omnino *fixum* & immutabilem, uti est status religiosus, tamen quia per habitus illius assumptionem se à sæculo & mulierum sæculariû vestitu & vivendi ratione ac contuber- nio separant; atq; ad aliquam particularem vitam institutû trans- ferunt; idque ea intentione ut toto vitæ tempore in eo per- maneant; tametsi absolute possint sine peccato ad sæculum & communem sæcularium vivendi rationem reverti, etiâ verè dici potest, Beginas ea tenus *statum* seu vitæ condi- tionem assumpsisse; & ita vulgo creditur, filias professione Beginarum emissâ ad *statum* pervenisse: ac propterea si consuetudo aut testator aliquid detulerit Filiabus cum ad statum aliquem pervenerint, id debetur Filiabus factis Be- guinis, nisi ex circumstantiis appareat, quod consuetudo vel testator per *statum*, intellexerit statum *Religiosum* vel statum *Matrimoniale* sive omnino *stabilem* & *fixum*, uti latius deducit Zypæus *Resp. 14. D. Regularibus*.

Denique certum est, Beginas potiori ratione dici posse ad statum etiâ Ecclesiasticum pervenisse qua mfilias, quas hodie *Devotivas* sive *Spirituales* dicimus; utpote nullam professionem castitatis etiam ad tempus, saltem publicè ac vi sui instituti emittentes; neque à sæculariû contubernio, & vivendi communi vulgari instituto æquè ac Beginæ se separantes; neque in congregatione sub obedientia Su- periorum se redigentes, sed quæ vi sui instituti possunt eti- am inter sæculares aut privatis, uti maluerint, vitam vul- garem in celibatu sine ullo voto agere; idque in veste à ve- ste Religiosa plane disparata: & à vulgari honestarum ma- tronarum parum diversâ; ubi è contrario vestis *Begina- rum* ad vestem Religiosam proximè accedit.

PARS



PARS SECUNDA

DE

REBUS.

TITULUS PRIMUS

DE

SACRAMENTIS  
IN GENERE.

CAPUT PRIMUM

De Sacramentorum Essentia, Numero, & Divisione.

1. *Varia significaciones vocis Sacramenti*
2. *Quid propriè hodie dicatur Sacramentum; ejusque definitio.*
3. *Quid de Sacramentorum institutione eorumque numero habeat hodierna Fidei professio?*
4. *Quid doceat Synodus Tridentina?*
5. *Quoad numerum conveniunt Ecclesia Latina & Græca.*
6. *Quando inceperint Sacramenta explicari per formas & materias?*
7. *Unde hæc explicandi methodus initium habuerit?*
8. *Questiones hic moveri solite Theologis relinquuntur.*
9. *Divisio Sacramentorum in necessaria & voluntaria; & quomodo hic Canonista à Theologis dissentiant?*
10. *Sacramenta alia imprimèntia characterem, alia non imprimèntia.*
11. *Quid sit character?*
12. *Sacramenta alia reiterabilia, alia non reiterabilia.*
13. *Patres dum dixerunt quædam Sacramenta iterari non posse; etiam Characterem imprimi dixerunt.*
14. *Explicantur Decretales sub titulo De Sacramentis non iterandis.*
15. *Olim Sacramenta non iterabilia rursus conferebantur dum rationabiliter de eorum validitate dubitabatur; idque sine expressione conditionis.*
16. *Quando invaluerit forma conferendi sub conditione?*
17. *Quandonom Sacramenta characterem imprimèntia & præcipuè Baptismus sint sub conditione reite- randa?*
18. *An baptizati ab Hæreticis sint hodie rebaptizandi sub condicione?*

I. **V**ocis Sacramentum variz sunt tam apud Profanos, quam Ecclesiasticos Auctores significaciones.

Primò quidem significat jura- mentum, divino testimonio firma- tum uti in *Authentica SACRA- MENTA PUBERUM Cod. Si ad- versus vendit*. Secundò sumitur pro secreto sive arcano *Van Espen Jus Eccles. P. II.*

sacro, prout id accipit Apostolus ad Ephesios 1. *Ut no- tum faceret Sacramentum voluntatis suæ*, id est, arcanum suæ voluntatis circa prædestinationem Electorum. Tertio extenditur etiam ad designanda mysteria, licet non sint facta. Ita apud Joannem in sua Apocalypsi cap. 17. res il- læ occultæ significatæ per *bestiam & mulierem*, vocantur *Sacramentum bestia & mulieris*. Quartò Sacramentum interdum sumitur pro abstracto à Sacramentis propriè di- ctis, & à Sacramentalibus, qualia sunt cæremoniæ in Sa- cramentorum administratione adhiberi solitæ. In hac si- gnificatione legitur apud Augustinum lib. 2. de peccat. meritis cap. 26. Quintò accipitur subinde pro ipsa *Mis- sarum* liturgia, uti nonnullis adductis testimoniis notat du Cange in Glossario verbo, *Sacramentum*.

II. Denique vox *Sacramentum* jam pridem à Patribus, & hodie communiter accipitur pro Sacramento propriè di- ctis; definiturq; in *Can. 32. Dist. 2. de Consec.* sub nomine S. Augustini: *Invisibilis gratia visibilis forma*. Verum, uti latè innuunt Correctores Romani ad citatum Canonem, hæc definitio apud Augustinum iis verbis expressa non reperit- tur; sed in libro de catechizandis rudibus cap. 26. hæc le- guntur: "De Sacramento sanè quod accepit, cum ei bene commendatum fuerit, signacula quidem rerum divina- rum esse visibilia, sed res ipsas invisibiles in eis honorari." In epistola autem 166. hæc: Si autem malus est, operatur per illum Deus visibilem Sacramenti formam, ipse au- tem donat invisibilem gratiam." Hæc Augustinus. Ex quibus locis [inquit Correctores R.] videtur colligi po- tuisse vulgata ista Sacramenti definitio.

Hodie à Theologis sequitis Catechismum Romanum traditum communiter hæc Sacramenti definitio: *Invi- sibilis gratia visibile signum ad nostram justificationem in- stitutum*.

Definitionis illius expositionem latè post citatum Cate- chismum prosequuntur passim Theologi Scholastici præ- fertim qui ex professo de Sacramentis scripserunt.

III. Fidei professio à Pio IV. præscripta, & hodie ubi- que per Ecclesiam Catholicam recepta de Sacramentorum institutione & numero habet: "Profiteor quoque septem esse

Bb

esse



„esse verè & propriè & Sacramenta novæ legis, à Jesu Chri-  
„sto Domino nostro instituta, atque ad salutem humani  
„generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet Ba-  
„ptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam,  
„Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium:  
„illaque gratiam conferre.”

IV. Hæc tam quoad Sacramentorum institutionem, eor-  
rumque numerum, & gratiæ infusionem suis Canonibus  
Sess. 7. De Sacramentis ita expressit Synodus Tridentina:  
„Si quis dixerit Sacramenta novæ legis non fuisse omnia à  
„JESU CHRISTO Domino nostro instituta; aut esse  
„plura, vel pauciora, quàm septem, videlicet Baptismum,  
„Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam  
„Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; aut etiam ali-  
„quod horum septem non esse verè & propriè Sacramen-  
„tum, anathema sit.” *Can. 1. & Canone 6. ait:* „Si quis di-  
„xerit Sacramenta novæ Legis non continere gratiam  
„quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus o-  
„mnia non conferre, quasi signa tantum externa sint ac-  
„cepta per fidem gratiæ vel justitiæ, & notæ quædam Chri-  
„stianæ professionis, quibus apud homines discernuntur  
„fideles ab infidelibus, anathema sit.” *Rursum Canone 7.*  
„Si quis dixerit, non dari gratiam per hujusmodi Sacra-  
„menta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, et  
„iam si ritè ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus ana-  
„thema sit.” Denique *Canone 8.* „Si quis dixerit, per ipsa  
„novæ Legis Sacramenta ex opere operato non conferri  
„gratiam, sed solum fidem Divinæ promissionis ad grati-  
„am consequendam sufficere, anathema sit.”

V. Quoad numerum Sacramentorum nobiscum con-  
sentientium Græci, tametsi ab Ecclesia Latina schismate divisi;  
ut ex professo ostendit Petrus Arcudius de Concordia Ec-  
clesiæ Occidentalis & Orientalis in septem Sacramento-  
rum administratione; ubi *lib. 1. cap. 2.* hæc habet: „Sacr-  
„Myteria seu Sacramenta tot esse numero apud Græcos,  
„quot apud Latinos, nimirum septem, nemo unquam  
„[quidquid dicant utriusque gentis communes hostes hæ-  
„retici nostri temporis] in dubium revocavit. Horum e-  
„nim sunt paginæ plenæ Sanctorum Patrum tam Græcorum  
„quàm Latinorum. Tametsi enim numerum Sacra-  
„mentorum antiqui Auctores non expresserint, expressuri  
„sanè, si suo ævo Sacramentarii extitissent: res tamen ip-  
„sas, ubi sese offert occasio tractant. Et ut Ecclesiæ Ori-  
„entalis hoc idem clarè confirmat, Sed & posteriores Græ-  
„ci, abhinc tamen multis annis ad nostra tempora, hunc  
„numerum docent, atque testantur. Simeon Ategi-Episcopus  
„Tessalonicensis, qui librum integrum eumque sa-  
„tis prolixum de septem Ecclesiæ Sacramentis edidit, sic  
„habet: Septem sunt dona Spiritus S. teste Esaiâ, septem  
„item Ecclesiæ Sacramenta, quæ ab eodem Spiritu S. vim  
„operandi habent, quæ nimirum sunt Baptisma, Chrisma,  
„Communio, Manus Impositio, Matrimonium, Pœni-  
„tentia, & sanctorum Oleum.”

Hæc Arcudius, qui plura ibidem Græcorum testimonia  
producit, uti & Leo Allatus de Ecclesiæ Occidentalis atque  
Orientalis perpetua consensione *lib. 3. cap. 16.* qui in super  
aliqua profert ex Synodis quibusdam Constantinopolita-  
nis, Græcis auctoribus, quibus probat, Græcos nobiscum  
in septenario Sacramentorum numero consentire.

VI. Quoad effectum Sacramentorum, quomodo &  
quando gratiam producant, multa disputant Theologi; uti  
& circa materiam & formam Sacramentorum varias quæ-  
stiones movent; quæ præcipuè circa sæculum 12. aut 13.  
exortiri & mirum in modum exerescere cœperunt. Nam si  
Morino credimus, non nisi circa illa tempora Sacramenta  
per materiam & formas explicari cœperunt. „Primus Scho-  
„lasticorum, ait, quem legi, qui hæc Sacramenta expli-  
„candi methodum amplexus est, & docuit, Guilelmus est  
„Antifiodorensis, qui scribebat paulò post annum Christi  
1215.” Hæc Morinus *De SS. Ordinibus, part. 3. exerc. 1. cap. 3.  
num. 6.* additque *num. 10.* ante hæc tempora, Theologos  
totam hæc Sacramentorum materiam explicasse per  
„verba Signi & rei sacra seu invisibilis, dicentes Sacramen-

„tum consistere signo & re sacra seu invisibili. Per signum  
„intelligebant, quod postea per materiam significatum est,  
„atque etiam quod per formam; quidquid scilicet sensibus  
„percipitur. Per rem sacram seu invisibilem, effectum Sacra-  
„menti, gratiam scilicet sanctificantem. Hic est apud An-  
„tiquos frequentissimus explicandi modus; unde illa de-  
„finitio, Sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma.  
„Formam vocant speciem quæ sensibus percipitur.”

VII. Notat autem ibidem Morinus *num. 3.* istam expli-  
candi Sacramenta rationem à Philosophia Peripatetica  
nata esse; ut pote quæ rerum naturas sub his nominibus  
formæ & materiæ inquirere & examinare solet. Hæc ergo  
Philosophia [quæ circa sæculum 12. scholas intravit] Do-  
ctores Theologi imbuti, eamdem philosophandam rationem  
in Theologiam, atque potissimum in Sacramentorum do-  
ctrinam introduxerunt. „Hinc, ait Morinus, potissima  
„eorum cura fuit, definire quæ fuerint Sacramentorum  
„materiam, quæ formam, & sub horum nominum insigniis  
„principales de Sacramentis quæstiones efformare & pro-  
„tendere.”

VIII. De quæstionibus illis circa Sacramenta in genera-  
litum singula in particulari, si quis instrui desideret, con-  
sultare poterit Theologorum Scholasticorum commenta-  
rios in S. Thomam, & particulares eorum de Sacramentis  
tractatus; neque enim hæc quæstiones, quæ nec ad exter-  
nam Sacramenta administrandi rationem, neque Canoni-  
cam disciplinam spectant, movere aut discutere intendo;  
sed eas Theologis relinquere; contentus circa Sacramenta  
breviter proponere & discutere disciplinam quam Sacri  
Canones, Synodalia Decreta, & Ritualia in eorum admi-  
nistratione servandam præscriperunt.

IX. Prima Sacramentorum divisio à Canonistis sequi-  
tur Gratianum ad Canonem *39. caus. 1. q. 1.* & Pontificem  
in *Cap. 8.* De Transactionibus statuitur, quod aut sunt  
necessaria aut voluntaria. Necessaria dicunt esse, quinque;  
scilicet, Baptismum, Confirmationem, Pœnitentiam, Eu-  
charistiam, & extremam Unctionem, quæ omnia ad parti-  
cularem cujusque profectum (ait Paulus Lancelotus in  
institutionibus Juris Canonici *l. 2. tit. 2. §. 1.*) sunt princi-  
paliter instituta. Rationem verò, cur dicantur necessaria,  
assignat ibidem Lancelotus: „Quia sine interitu salutis  
„æternæ prætermitti & contemni non possunt.” Vel ut ali-  
„is verbis expressit Glossa ad citatum Capitulum 8. „Quia  
„sine istis homo salvari non potest, si ex contemptu omit-  
„tuntur, & haberi possunt.”

„Voluntaria dicuntur, quæ sine salutis dispendio pro-  
„cujusque arbitrio recipi possunt & refutari, inquit Lan-  
„celotus; qualia sunt Ordo sacer & Matrimonium: &  
„hæc ad totius Ecclesiæ profectum & subsidium princi-  
„paliter pertinent.”

Hinc ille versiculus à Canonistis relatus:  
Ordo voluntatis chorus est, dare quinque necesse.  
Quem exponens Panormitanus ad Rubricam tituli De-  
cretalium De Sacramentis non iterandis, ait: „Per quæ pa-  
„tet quod Ordo & Matrimonium sunt voluntatis: reli-  
„qua necessitatis: quod est dicere, nolens ordinari vel u-  
„xorari bene potest esse in statu salutis; sed reliqua quin-  
„que contemni non possunt.”

Theologi verò necessitatem absolutam considerantes;  
nullum Sacramentum præter Baptismum necessarium  
vocare solent; eo quod hoc solum sit, sine cujus susceptio-  
ne saltem in voto, homo salvari nequit.

X. Ulterius Sacramenta à Canonistis & Theologis divi-  
duntur in ea, quæ characterem imprimunt, & ea quæ illum  
non imprimunt. Quam divisionem fat aperte stabilivit  
Synodus Tridentina Sess. 7. De Sacramentis in genere Ca-  
none 9. anathema pronuntians in eas, qui dixerit in tribus  
Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione & Ordine  
non imprimi characterem.

XI. Qui sit ille character, qui in tribus illis Sacramentis  
imprimi dicitur, à quatuor circiter sæculis anxie & copiose  
à Theologis Scholasticis inquiri capit, uti notat Morinus  
De SS. Ordinibus, part. 3. exerc. 3. c. 1. una obsevans, plures  
ingenuè

ingenuè fassos, nihil apud Patres aut in antiquis Canonibus  
de hoc characteri solidi occurrere, sed ad ipsius Eccle-  
siæ auctoritatem, quæ characterem illum agnoscit, esse re-  
currendum; atque præcipuè ab antiquis Scholasticis recur-  
sum fuisse ad Decretalem Innocentii III. in *Cap. MAJO-  
RES* De Baptismo, ubi expressis verbis dicitur, in Baptis-  
mo characterem imprimi.

Verum in quo consistat hujus Characteris essentia, non  
determinavit Innocentius III. ipsaque Synodus Tridentina  
simpliciter quoque dixit, imprimi per dicta Sacramen-  
ta Characterem in anima, hoc est, signum aliquod spiri-  
tuale & indelebile.

Quid verò sit signum illud, inter Theologos & Canonis-  
tas non convenit. Verisimilis est, aliud dicere noluisset  
Synodum, nisi quod per hæc Sacramenta imprimatur in  
anima ens quoddam morale, quare solet imprimi dum  
quis ad dignitatem aut conditionem aliquam stabilem &  
permanentem assumitur; ut exempli gratia ad dignitatem  
Regalem, Doctoralem, &c. In horum enim adeptione &  
collatione accedit ipsi accipienti hujusmodi dignitatem  
vel conditionem quoddam ens morale, ratione cujus per-  
petuò reputetur Rex, Doctor, &c.

Unde non male Joannes Doujatius in notis ad Institu-  
tiones Lancelotti *lib. 2. tit. 2. §. 3.* loquens de hoc signo ait:  
„Hoc signum tria Sacramenta, Baptismus, Confirmatio &  
„Ordo, ideo, ni fallor, imprimere censentur in anima sus-  
„cipientium, quod per ea homines speciali. er ad Dei cul-  
„tum destinantur.”

XII. Ex ipsa divisione Sacramentorum in ea quæ im-  
primunt characterem, & ea quæ illum non imprimunt, pro-  
fluunt alia divisio; scilicet in Sacramenta quæ reiterari pos-  
sunt, & ea quæ reiterari non possunt. Imo ipse character,  
ut jam descriptus est, supponit per Sacramenta quæ illum  
imprimere dicuntur, aliquam stabilitatem & firmitatem ad  
conditionem aliquam & functionem Ecclesiasticas deputari  
vel assumi: adeo ut ipse character vel ideo impressus  
credatur, quia per Sacramentorum illorum susceptionem  
aliquis stabiliter & permanentiter ad aliquam conditionem  
& functionem est deputatus.

Id non obscure innuit Synodus Tridentina citato Ca-  
none 9. dum ex ipsa impressione characteris mox infert:  
Unde ea iterari non possunt.

XIII. Quapropter Augustinus dum frequenter urget  
ipsam indebitatem Baptismi, ipsumque Baptismum ne-  
que per schismam, neque per apostasiam amitti; licet nomi-  
ne characteris non utatur, tamen idè quod nomine chara-  
cteris significatum voluit postmodum Ecclesiæ, sufficien-  
ter expressit; atque signanter *lib. 1. de Baptismo contra Do-  
natistas c. 1.* apud Gratianum *Can. 40. Dist. 4. De Consecra-  
tionibus* dicens: „Nullus autem illorum negat habere Baptis-  
„mum etiam Apostatas, quibus redeuntibus, & per pœni-  
„tentiam conversi sunt, non redditur, admitteri non po-  
„tuisse judicatur. Sic & illi qui per sacrilegium schismaticis  
„ab Ecclesiæ communione discedunt, habent utique Ba-  
„ptismum, quem priusquàm discederent acceperunt.” Nam  
„& ipsi, si redeant, non eis iterum datur.” Unde ostendi-  
„tur illud, quod acceperant in unitate positi, non po-  
„tuisse amittere ab unitate sepeperatos.”

Similiter Professio fidei nullam characteris mentionem  
facit; sed simpliciter credere jubet, Baptismum, Confir-  
mationem, & Ordinem sine sacrilegio recitari non posse;  
supponens, satis indicari characteris impressionem, dum  
ea recitari non posse definit.

XIV. Porò in Decretalibus extat titulus De Sacramen-  
tis non iterandis; vel ut in aliquibus codicibus habetur,  
De Sacramentis iterandis vel non.

Refertur sub hoc titulo responsum Innocentii III. super  
dubio ipsi ab Episcopo Helienti proposito: „Utrum scili-  
„cet permitti debeat ministrare, qui sine manuum imposi-  
„tione fuerit ad Ordinem Subdiaconatus assumptus. Et si  
„Confirmationis Sacramentum in eo debeat iterari, qui  
„per errorem fuit non cristimate, sed oleo delinitus.” Ad  
quod breviter respondendum duxit Innocentius quod in  
Van Espen Jus Eccles. P. II.

„tibus non est aliquid iterandum, sed CAUTÈ supplen-  
„dum, quod INCAUTÈ fuerat prætermisum.”

Conformiter Gregorius IX. in *Cap. 3. eod. ait* Pres-  
„byter & Diaconus cum ordinantur, manus impositio-  
„nem tactu corporali [ritu ab Apostolis introducto] re-  
„cipiunt: quod si omissum fuerit, non est aliquatenus  
„iterandum, sed statuto tempore ad hujusmodi Ordines  
„conferendos cautè supplendum, quod per errorem ex-  
„titit prætermisum.”

XV. Supposuisse tam Innocentium III. quàm Grego-  
rium IX. Sacramenta in casibus sibi propositis nequa-  
quam invalidè fuisse collata, vel inde evincitur; quod ea  
reiteranda non dicant; sed solummodo supplendum, quod  
incautè fuerat omissum.

Neque enim unquam dubium fuit, quin Sacramenta,  
etiam Baptismi, Confirmationis & Ordinis iterum essent  
conferenda, si rationabiliter de eorum validitate dubita-  
batur; imò simili casu antiquitus ea sine ulla expressione  
conditionis reiterata fuisse, multa evincunt.

Et quidem ex Concilio Carthaginensi V. ubi *Can. 5.* le-  
gitur apud Gratianum *Can. III. Dist. 4. De Consecrat.*  
„Placuit, ait Synodus, de infantibus, quoties non inve-  
„niuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine du-  
„bitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de-  
„traditis sibi Sacramentis respondere, absque ullo scru-  
„pulo eos esse baptizandos: ne ista trepidatio eos faciat  
„Sacramentorum purgatione privari.”

Idem habetur ibidem *Can. 112. §. 1. 3.* ex sancto Leone;  
„Quoniam, ait, non potest in iterationis crimen venire, quod  
„omnino factum esse nescitur. Vel ut alio loco: Conferendum  
„eis videtur quod collatum esse nescitur: quia non temeritas  
„intervenit presumptionis, ubi est diligentia pietatis.”

XVI. Quo autem tempore invaluerit, Sacramenta hæc  
non iterabilia reiterari sub expressa conditione si suscepta  
non sunt, non omnino constat; illud latè verisimile, eam ad-  
ministrandi formulam invaluisse, postquam responsum  
Alexandri III. de quo in *Cap. 2. De Baptismo*, Decreta-  
libus Gregorii IX. fuit insertum; ac pro jure communi in  
scholis prælectum: in quo responso dicitur: „De quibus  
„dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis  
„præmissis: Si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum  
„baptizatus es, ego te baptizo. &c.”

Juxta hæc Decretalem tandem à Canonistis & Theo-  
logis Scholasticis hæc baptizandi formula recepta fuit, ac  
Ecclesiæ Ritualibus passim præscripta.

Rituale Romanum sub titulo De forma Baptismi ita  
habet: „Cùm Baptismum iterare nullo modo liceat, si  
„quis sub conditione sit baptizandus, ea conditio expli-  
„canda est hoc modo: Si non es baptizatus, ego te bap-  
„tizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.”

XVII. Deinde monet Rituale: „Hæc tamen conditiona-  
„li forma, Non passim aut leviter uti licet; sed prudenter,  
„& ubi te diligenter pervestigata, prohibilis subest dubi-  
„tatio, infantem non fuisse baptizatum.”

Eodem penè tenore hæc formulam expressit Rituale  
nostrum Mechliniense, eandem moderationem in ejus  
usu præscribens; unà tamen designans probabilem dubita-  
tionem ordinariè esse, quando infans ab obstetrice bap-  
tizatus dicitur; facile enim ab illa vel turbatione, vel igno-  
rantia erratur, & aliquid essentialiale omittitur.

XVIII. Deinde ulterius subjungit: „Et quia nostri  
„temporis Hæretici pro insatiabili suo in Ecclesia odio,  
„Sacramentorum formas plerumque invertunt, materi-  
„am contemnunt, aut legitimam intentionem non ha-  
„bent, meritò Baptismus ab eis collatus, de nullitate sus-  
„pectus haberi debet. Proinde ab eis baptizati sub condi-  
„tione baptizentur, ac omniis cæremonia supplean-  
„tur.”

Nonnulli, qui propius Hæreticorum hodiernorum  
baptizandi modum investigarunt & observarunt, non  
probant eam in rebaptizandis ex illorum hæresi ad Eccle-  
siam revertentibus facilitatem. Et quidem Patres Conci-  
lii Rothomagensis anno 1581. fatentur in plerisque Diœce-  
sibus